Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-560108-p0001-4

3811
G17.
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VI-61.
SIGNAT. cIↃIↃCCCXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-560108-p0002-0

בשם יהוה

POSITIONUM ANTIBISTERFELDIANARUM, EX EJUSDEM PHILOSOPHIÆ PRIMÆ SEMINARIO ADORNATARUM OCTONARIUS QVINTUS

QUEM

ATHENIS LEUCOREIS

Publicæ συζητήσει *ſubjiciunt*

PRÆSES

M. GERHARDUS WICHMAN,

Facult: Philoſ: Adjunctus,

ET

RESPONDENS

CASPARUS Schön/

Eperieſſino-Hungarus,

Ad D. 8. Jan. 1662.

in Audit. Min. Horis matut.

VVITTEBERGÆ,

Excudebat Johannes Hake.

33

2183

h. III

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-560108-p0003-5

POSITIO I.

QUando Veritas, qvæ eſt alterum Entis attributum Unitum definitur; qvod ſit convenientia Entis cùm intellectu (potiſſimum divino], tum falſum eſt, illam definitionem, licet vera ſit, ipſo tamen definito longè obſcuriorem eſſe: Propterea quia non poteſt intelligi, qvid ſit intellectus. niſi prius cognoſcatur, quid ſit veritas. *Vid*: *p*. 83. 84.

(En mirabile hominis Caput! Affirmat veram eſſe illã definitionem veritatis, & tamen eã definito longè obſcuriorem eſſe nugatur, cùm definitio definito obſcurior, eo ipſo, non vera, ſed falſa ac vitioſa ſit, quod & tyrones logicæ norunt)

POSITIO II.

Veritas non notat talem perfectionem in Ente, (per qvam intelligit illam congruentiam, quâ congruam ſimilitudinem in ſe habet) quæ duas alias perfectiones in ſe includat; Unam qvaſi Paſſivam qvam liceat vocare α. *Aſſimilabilitatem*; alteram, qvaſi activam, qvã liceat vocare β. *Aſſimilativitatem*. *Vid*: *p*. 84. 85.

[α. Aſſimilabilitas, ipſi eſt Perfectio Entis, qvâ ejus ſimilitudo eſſe & haberi poteſt: β. Aſſimilativitas ipſi eſt Perfectio Entis, quâ ſui ſimilitudinem efficere, ſeu producere poteſt:]

PCSITIO III.

Falſitas malè per Repugnantiam cùm Eſſentiâ & Eſſentialibus deſcribitur, malè quoqve Non-Entis Attributum appellatur. *Vid*: *p*. 86.

POSITIO IV.

Uti Enti Rationis nulla Vera ac realis competit Entitas, ita qvoq; vera ac realis Veritas ipſi non eſt aſſignãda: *Vid*: *p*. 90.

(Scilicet Veritas præſupponit Entitatem, qvod nõ eſt, verum non eſt)

POSI-

POSITIO V.

Bonitas malè definitur: Per Entis cùm Conſiſtentiâ ſua congruentiam; Seu per talem Entis congruentiam, qvâ ipſum cùm Ente & Ens, cùm ipſo eſſe poteſt. *Vid: p 103.*

[Qvid mirabilis hęc Conſiſtentia ſeu ratio coëſſendi Entis cùm alio Ente hic faciet ad formale bonitatis exprimendum?]

POSITIO VI.

Malitia malè deſcribitut: Per Incongruentiam cùm Entis Conſiſtentiâ: Malê qvoq; non-Entis, & quidem impoſſibilis, attributum vocatur. *Vid: p. 140. & 170.*

POSITIO VII.

Qvando Bonitas quæ eſt, tertium Entis attributum Unſitum definitur, quod ſit convenientia cùm appetitu ſeu congruentia Entis cùm voluntate [potiſſimùm divinâ] tùm iterum fâlſum eſt, hanc definitionem eſſe obſcuriorem definito. *Vid; p. 106.*

(Deſcriptio licet falſa nō ſit, inquit *p. cit.* eſt tamē definito poſterior & obſcurior. Quis n. ſcit., quid ſit volūtas, quid appetitus, ſi neſciat, qvid ſit bonū. Ubi iterum hanc bonitatis definitionem falſam non eſſe ait, & tamen eam definito obſcuriorem eſſe affirmat)

POSITIO VIII.

Voces illæ, Appetitus, Affectus, & ſimiles, non poſſunt, nec debent, itâ generaliſſimè accipi, ut omnibus Entibus, atq; ita ipſi etiam Deo, Enti illi Infinito, & Increato, verè & propriè tribuantur. *Vid: p. 113.*

Ung. VI-61

ULB Halle 3
004 113 25X

IA 20L

Ung VI 61

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-560108-p0007-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-560108-p0008-3

בשם יהוה

POSITIONUM ANTIBISTERFELDIANARUM, EX EJUSDEM PHILOSOPHIÆ PRIMÆ SEMINARIO ADORNATARUM

OCTONARIUS QVINTUS

QUEM

ATHENIS LEUCOREIS

Publicæ συζητήσει ſubjiciunt

PRÆSES

M. GERHARDUS WICHMAN,

Facult: Philoſ: Adjunctus,

ET

RESPONDENS

CASPARUS Schön/

Eperieſſino-Hungarus,

Ad D. 8. Jan. 1662.

in Audit. Min. Horis matut.

VVITTEBERGÆ,

Excudebat Johannes Hake.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-560108-p0009-2